Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

xj Secunda etas mundi

c 1

arch noe

S[Ecu]nda etas mu[n]di p[ri]ncipiu[m] a Noe habuit post diluuiu[m]: quod fuit vniu[er]sale p[er] totu[m] anno sexcentesimo vite Noe A p[ri]ncipio aut[em] mu[n]di s[ecundu]m he[braicam]. Millesimo sexcentesimoquinquagesimosexto Sed s[ecundu]m lxx interpretes quos Beda [et] ysidorus approbat Bis mille ducenti [et] q[ua]draginta duo [et] durat vsq[ue] ad abraham s[ecundu]m he[braicam]. 2 9 2 annis Sed s[ecundu]m lxx 8 e 2 annis ¶ Ante diluuiu[m] v[er]o p[er] 1 0 0 annos D[omi]n[u]s apparuit Noe id est qu[in]gentesimo an[n]o vite Noe.

N[o]e diuini honoris et Iusticie amator filius lamech Ingenio mitis et integer inuenit gra[tiam] coram d[omi]no. Cum cogitatio hominu[m] prona erat ad malu[m]: O[mn]i t[em]p[o]re o[mn]es in viam rectam deducere satagebat / Cu[m]q[ue] insta[r]et finis vniu[er]se carnis precepit ei dominus: ut facer[et] Arcam delignis leuigatis bitumi[n]at[am] intus et extra Que sit trecentor[um] cubitor[um] Geometror[um] longitudinis. Orosius et post eum Augustinus et hugo Cubitu[m] geometricu[m] sex cubitos vsuales facere dicu[n]t: Quam partica[m] nominant / Vt itaq[ue] trecentor[um] particaru[m] longitudi[n]e: Quinquaginta latitudinis et triginta altitudinis id est a fundo vsq[ue] ad tabulatu[m] sub tignis / Et in cubito co[n]sumabis illam / In qua mansiunculas cenacula fenestram et hostiu[m] in latere deorsum facies / Noe igit[ur] post centu[m] et viginti annos ad arcam fabricata[m] Que pro solacio vite erant necessaria comportauit / Cunctoru[m]q[ue] animaliu[m] ad seruandu[m] genus eoru[m] masculos simul et feminas pariter introduxit / Ipse demu[m] et filij eius vxor et vxores filioru[m] primo die mens[is] Aprilis ingressi sunt facto diluuio cu[m] d[omi]n[u]s omne[m] carnem deleuit Noe cu[m] suis saluatus est. Sedit[que] arca sup[er] altissimos montes armenie. Qui locus egressoriu[m] vocat[ur]. Egressi deo gra[tia]s egerunt Et altare facto: deo sacrificabat:

Ⅎ nata

H[o]c signum federis quod do inter me et vos et ad omne[m] animam / Gen[esis] ix



A[rcus] pluuialis sicut frater licet dicat[ur] habere sex vel q[ua]tuor colores t[ame]n duos colores principaliter habet qui duo Iudicia represe[n]tant / aqueus diluuiu[m] p[re]teritu[m] figurat ne amplius timeat[ur] Igneus futuru[m] Iudiciu[m] signat per igne[m] ut certitudinaliter expectet[ur]

Illo diluuij anno prima seculi etas terminata est ab Adam vsq[ue] ad diluuiu[m] inclusiue Etas s[ecun]da incepit que et ad Abrahe natiuitate[m] vsq[ue] perdurat /

N[o]e vna cu[m] filijs et vxore ac filioru[m] vxoribus ex archa egressus / confestim altare edificato de cunctis pecoribus volatilibusq[ue] mundis holocausta domino obtulit / Et eius odore suauitatis odoratus est dominus: Propter quod eidem dominus benedixit ac filijs suis dicens / c 2
Crescite et multiplicamini / Indeq[ue] terra ad propriam natura[m] reuersa Noe cepit vir agricola esse: et exercere terram: et cuncta animantia ad pastua emisit / Cu[m]q[ue] (ut aiunt) hircu[m] a prato in Corion Cilicie monte emisisset / Ibidem lambruscas comedens: inebriatus est / et reliqua animantia cornibus petere cepit / Hoc Noe comperto: lambrusce virtute agnouit / confestimq[ue] ipsam sanguine leonis porci agniq[ue] et simie addito inseruit. At lambrusca in bona vinea insecta: fructu[m] fecit perfectu[m] et vindemiauit eu[m] / Et ad vsum Noe vino deducto sacrificans fecit conuiuiu[m] magnu[m] Inebriatus aut[em] ex illo. statim tunc[que] agnus in sopore resolutus est Nudatusq[ue]: in honeste iacebat: vidensq[ue] Cham eius filius (videlicet pater chanaam) patris verenda nudata: e vestigio irridens fratribus nuncia[vi]t et ostend[i]t. At Sem et Japhet audientes: filiali pietate in